



Cap 35 - 1

Molina



# TRACTATUS II TVS DIFFERENTIA

rum inter ius commune & regium tam in vltimis voluntaria, q̄ in cōtractibus & in delictis vna cum aliis differentiis inter forum contētiosum & animæ nunc denuo in lucē edictus sub disciplina illustrissimi ac reuerēdissimi domini, D. Michaelis muñoz concieſis episcopi confiliiq; Cæsarei præſidi meritissimo per licentiam Ioañnem de molina malacitanum ciuem compositus.



ILLVSTRISSI.

AC PERINDE REVERENDIS-

simo Dño, D. Michaeli muñoz præfidi me-

retissimo conciensique episcopo dignissi-

mo, Humilima cum reuerendissima

minimus famulus eius Salu.



il aliud in me reperitur illustrissimæ.  
D, q̄ infipientia clara & obscurum iudi-  
cium ac ex inde debita punitio quæ me-  
ritissima mihi danda est ex eo enim q̄ ad  
aratrum manum porrigam / cum gra-  
num doctrinæ nec aliquod semen habeam. sola autem  
mihi adest temeraria hæc scribendi audacia quæ licet  
his in rebus laudanda sit vt ait glo. in cle. i. de officio. or-  
di. non autem in homine sit ignaro apud quem omnia  
noua fugienda sunt vt colligitur ex tex. in. c. dilecti de  
maio. & obi. Ego tamen (nil horum aspiciens) nouum  
quid demonstrare audeo, cum certo sciam errores no-  
stros sub tue dignitatis vexilo protegendos, eos maxi-  
me quos ex abundantia affectuosissima amoris ortos esse  
cognosco. Hac enim de re has differentias inter ius com-  
mune & regium simul etiam inter forum contentio-  
sum & forum conscientie inquirere laboraui sic in su-  
ma illas describens, peritioribus relinquens limitatio-  
nes & intellectus qui ad ipsarum concordantiam repe-  
riri possent / pro nunc autem humiliter genibus flexis

# Differentie inter ius com- mune & Regium : & primo de vltimis voluntatibus.

**V**IA differētijs iuris  
cōmunis & Regni af-  
signare debemus, sunt  
aliqua prius præmitten-  
da. Et primò, quòd solus princeps  
per se potest concedere. ll. vt. l. fi.  
C. de legi. & l. i. ff. de cōsti. prin.  
§. sed & quòd principi. inst. de  
iu. natu. gen. & ciui. Rex enim in  
suo regno, imperator tamē extra.  
Bal. in. l. exemplo. C. de proba. et  
in authē. hoc amplius. C. de fidei  
com. Barto. in. l. omnes populi. in  
prin. ff. de iusti. & iu. Decius in  
Rubri. ex. de consti. ¶ Secun-  
dò præmitte, quòd noster princeps  
non recognoscit superiorem. glo.  
in. c. Adrianus. 63. distinct. Bal.  
in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu.  
Feli. in. c. cum non licet. de præf.  
meritò ergo legē condere potest.  
¶ Tertio, quòd in hoc regno per  
ll. regias erit iudicandum. l. i. tau-  
ri. I deo quando leges regie repe-  
riuntur contraria. ll. iur. commu.  
Iura communia corrigūtur tam  
in contractibus quàm in iudicijs  
& testamentis. De quo Celsus in  
verbo, ley, num. 15. ¶ Quarto,  
finaliter præsuppone, quòd defi-  
ciente iure communi, est ad Re-

gium recurrendum. glo. in. c. cum  
deuotissima. 12. q. 2. tex. in. c. cum  
venissent. de eo qui nititur in poss.  
& in. c. ad nostram. de probatio.  
Pal. rub. de donati. fol. 2. in fi.

**H**IS itaq; præmissis, quæ mul-  
tum ad rem attinent, sequuntur  
differētiæ inter ius Ciuile & Re-  
gium. Et primò de vltimis volū.

**S**IT in nomine Domini pri-  
ma differentia, nam testamentum  
minus solēne inter liberos factū,  
valet & tenet. l. hac cōsultissima.  
§. ex imperfecto. C. de testamen.  
¶ De iure tamen Regio requiri-  
tur eadem solennitas (licet sit di-  
uersa) quæ inter extraneos. l. 3. tau-  
ri. & idem est de iure communi  
seruandum, nisi ad pias causas &  
in terris summi Pontificis in tem-  
poralibus. c. cum esses. de testam.  
& sic intelligitur cōmuniter ille  
tex. secundum 1 mo. ibi & Alex.  
in. l. si vnus. C. de testamē. per. l. i.  
titu. 2. li. 5. ordi.

**S**ECVND A, quòd de iure cō-  
muni ad hoc vt valeat testamētū  
requiritur quòd interueniat nu-

**Ultimo ad supradicta ad verte, q̄ inter forum canoni-**  
 cum & forum animæ nulla est differentia nam ea quæ licent in foro  
 contentioso canonico, licent in foro animæ quia ius canonicum non  
 introduxit aliquid cum peccato vt in. c. si. de præsump. idem tenet abb;  
 & feli. in. d. c. vigilanti & abb. in. d. c. quia pleriq; quod tamen intel-  
 lige in his in quibus disponit ius canonicum fundas se super certo &  
 veritate, secus in his quæ disponit fundans super præfuntione in qui-  
 bus si veritas se habeat in cōtrarium standum erit certo in foro animæ  
 secundum. bb. & feli. vbi supra.

**F I N I S.**

**Ne ingenium volitet,**



**Paupertas deprimit ipsum.**

**VALLISOLETI (OLIM PINCIAE) IN**  
 aedibus Francif. Ferdi. Corduben. apud Scholas ma-  
 iores, in mense Iulij Anno Domini  
**M. D. L. I**